

APOPHTHEGMATA.

PARABOLÆ ET
SIMILITUDINES EX OPTI-
MIS VTRIVSQUE LINGVÆ E CRI-
PTORIBUS POST OMNES HERCULEOS LABORES PER
CONRADVM LYCOSENEM RU- autorem dñmna
BEAQUENSEM COLLECTA. mag opus in' h'c
Cum indicibus locupletissimis. permisum



PARISIIS,
Apud Iacobum du Puy.
M DALL XXXI.
Helye de la Longe deffis de Salo, dila Abo.

CANDIDO LECTORI.

EN habes in hoc volumine, amice lector, clarissimorum Philosophorum, oratorum, Imperatorum, Regum, Principum, Ducum, sanctorum Patrum, Pontificum, priuatorum quae hominum, selectissima, non tantum ex veriusque linguae scriptoribus, sed neotericis etiam cxxx. numero autoribus, Apophthegmata, sine insignia de rebus diuersis, que in communione hominum vita agitantur, Responsa: tam apte atque concinne in locorum communium ordines (additis ubique auctorū testimonis) disposita, ut sine publice, sine priuatum dicturus, instructissimum Promptuarium habens, ex quo exhortanda: atque amplificanda orationis materiam, atque ipsos quasi nervos depromas. Opus sane non tantum in Ecclesia concionatoribus, atque declamatoribus in scholis, sed omnibus etiam atque honestissimarum artium amatoribus, propter civilis etiam vita vsum non minus utile quam necessarium, iam primum in lucem editum.

Esta conforme al appendice del expurgatorio publicado año de 612. y por particular Comision lo firme en Salamanca 20 de octubre de 615. Luis de Roa

y esta conforme al expurgatorio
del año de 1632;

y conforme al de 64. John de Alva

DE VSV APOPHTHEGMA TVM
SIVE SENTENTIARVM, NEC
non etiam similitudinum selectis-
simarum.



Primo cuique quam maxime necessarios esse locos
hosce communes apophthegmatum sive sententiarum
ac etiam similitudinum ex optimis utriusque lin-
gue scriptoribus selectarum, hinc facile constare
potest: nam et philosophis & oratoribus, atque
Imperatoribus regibusque & principibus, duci-
busque, atque priuatis hominibus ad communia
obeyunda omnium vita munera, studiaque exornanda supellec hic est lo-
cupletissima, & non solum ad bene discendum, sed etiam, quod longe
prudentius est, ad bene agendum: utriusque enim hinc exempla pri-
possunt illustria eorum, qui in Deo si non relati re ipsa fuerunt, saltem
vere Deo proximos esse eorum & dicta & gesta testantur. Priuatorum
enim hominum unumquemque primum admonet Socrates, ut virtutis
desiderio non minus quam patriae semper teneatur: & propterea etiam
abstinentissimam vitam agat, & voluptates omnes veluti Sirenes fu-
giant. Beatus enim, inquit Bias, est, non qui diues est & concupitis pos-
titur, sed quis nihil concupiscit. Hoc autem priuatum quemque decere,
atque etiam duces maximos, facile constat ex admonitione Aristidis
ad Themistoclem: nam cum Themistocles summam boni ducis laudens
definiret, scire ac praescire hostium consilia. Et istud inquit, o Themis-
tocles, faciendum est, sed imprimis eportet habere manus continentes:
hac enim egregij duci pricipua laus est, ut videlicet etiam & ipse in-
ibil concupiscat, pricipueque manibus linguaeque & ventri temperet at-
que pudendus. Ad Imperatores vero etiam extat admonitio Demo-
criti: nam, inquit, imperator invictus & fortis est, non hostiū, sed volu-
ptatum vector. A priuatum vero spectare potest admonitio Epicuri,
qua docet hac arte ditescere quoque facile, non si presentibus alii ad-
decerint, sed si usum atque necessitatem persuasam sibi circunciderint.
Hac parro per pauca admonitionis exempla, hinc proposita volui, ut qua-
ta sit libri utilitas magis innotescat: nam non solum principibus &
cuicunque priuatorum habentur hic admonitiones accommodatissima sed &
actionibus in omnibus, & dum sani sumus, & dum agrotamus, siue etiam
cum amicis siue cum hostibus agamus, vel serio vel ioco, & prater iau-
dicas habentur etiam admonitiones, ad iudices, ad milites, ad monar-

CATALOGVS AVTORVM,
EX QVORVM LVCVB RATIO-
nibus Apophthegmata à Conrado Lyco-
sthene deprompta sunt.

GRÆCI.

- | | |
|---|----------------------------------|
| Abdias Babyloniaz episcopus. | Eusebius Pamphili. |
| Ælianus Sophista. | Flauius Iosephus. |
| Antonius monachus. | Herodianus. |
| Appianus Alexandrinus. | Herod. Halicarnas. |
| Aristo. | Lucianus Samosatensis. |
| Aristoteles Stagirita. | Maximus monachus. |
| Arrianus Nicome. | Mosonius Tyrrhenus. |
| Athenæus. | Nicephorus Calistus Xanthopulus. |
| Callistratus. | Phauorinus Arelatensis. |
| Corn. Celsus. | Philo Iudæus. |
| Diodorus Siculus. | Philostratus. |
| Diogenes Babylonius. | Plutarch Chæroneus. |
| Diogenes Laërtius. | Polybius Megalopolitā. |
| Diogenes Vinopensis. | Polyænus Macedo. |
| Diogenianus. | Procopius. |
| Dion Cassius Cocceius. | Socrates Constatinopolitanus. |
| Dion Nicæus. | Sozomenus. |
| Dion Præfetus. | Io. Stobæus. |
| Dionysius Halicarn. | Theodoreetus Cyri episcopus. |
| Epietetus. | Xenophon Athenien. |
| Epiphanius episcopus.
Constantiensis in Cypro. | Xiphilinus abbreviator. |
| Euagrius monachus. | Dionis Nicæi. |

A V T O R V M.

Zezes de varia historia.

L A T I N I.

AElius Lamptidius.

AElius Spartanus.

AEmilius Probus.

Ammianus Marcellinus.

Antonius Florent.

L. Apuleius Afer.

Aurelianus.

D. Aurelius Augustinus.

Aurelius Victor.

M.T.Cicero.

Columella.

Q. Curtius.

Eutropius presbiter.

Fabius Quintilianus.

Flavius Vopiscus.

L. Florus.

Iul. Frontinus.

A. Gellius.

D. Hieronymus.

Iulius Capitoinus.

Iustinus, Trog i Pompeij.

abbreviator.

T. Liuius Patauinus.

Lucius Annæus Seneca.

Macrobius Autelius

Theodosius.

Paulus Diaconus.

Plinius junior.

Plinius senior.

Suetonius Tranquillus.

Sulpitius Seuerus.

Trebellius Pollio.

Valerius Maximus.

Sext . Victor Vitellis episcopus.

Vitruvius.

Vulcatus Gallican.

R E C E N T I O R E S.

Aeneas Sylvius.

Albertus Crantius.

Alexander Neapoli.

Angelus Politianus.

Angelorum,

Bauatorum,

Flandrensum,

Gallorum,

Germanorum,

Heluetiorum,

Hispanorum

Lubecensium,

Monasterij Hirsfeldensis.

S. Galli , in Heluetiis,

Polonorum,

Saxorum,

Scortorum,

Ultraiectinorum,

Vngarorum.

C A T A L O G V S.

- | | |
|--------------------------|---------------------------|
| Antonius Bonfinius. | Hadrianus Barlandus. |
| Antonius Constantius | Hermolaus Barbarus. |
| Fanensis. | Iacobus Spiegelius. |
| Antonius Panormitanus. | Ioannes Auentinus. |
| Baleus de scriptoribus | Ioannes Cuspinianus. |
| Anglicis. | Ioánes Magnus Gothus |
| Batista Egnatius. | Archiepiscopus Vsp- |
| Bartholomaeus Facius. | lensis. |
| Io. Bocatius. | Ioannes Stella sacerdos |
| Phil. Beroaldus, | Venetus. |
| Fla. Blondus. | Iordanes de origine Go- |
| Brusonijs Contursinus. | thorum |
| Cælius Rhodiginus. | Iouianus Pontanus |
| Coccius Sabellicus. | Lambertus Sahafnabur- |
| Conradus à Lichtenau: | gensis monachus. |
| quem haðenus ob | Marulus Spalatensis. |
| nomen incognitum, | Olaus Magnus Gothus. |
| Abbatem vrispergen- | Ortho Frisingensis epi- |
| sem appellarunt. | scopus. |
| Cornelius Agrippa. | Paulus Iouius nucerinus |
| Erasmus Rhoterodamus. | episcopus. |
| Franciscus Patricius Sc- | Petrus de Natalibus, epi- |
| nensis. | scopus Equilinus. |
| Franciscus Petarcha. | Pius Pontifex. |
| Franciscus Trapha. | Platina. |
| Fulgosus Genuensis, quem | Pogius Florentinus. |
| alij Fregosium etiam | Polydorus Vergilius. |
| vocant. | Pomponius Lætus. |
| Gaguinus Gallus. | Raphael Volateranus. |
| Georgius Lilius Britan- | Rauisius Textor Miuer- |
| nus. | nensis. |
| Guido Bituricensis. | Ritius Neapolitanus. |

APOPHTHEG^M

MATVM LOCI COM- M V N E S,

Conrado Lycosthene collectore.

De abstinentia.

Socratis dictum.



O C R A T E S eum qui virtutem, tāquam patriam, intueri desiderabat, admoniebat, vt abstinentissimā vitam agens, voluptates omnes, veluti Sirenes, fugeret. Stobæus ser. 3.

Eiusdem.

Socrates consulebat iis qui conustantes cupiditates frenare nō poterant, vt abstinent ab illis quæ persuaderent, vt nō famelcendo comedenter, neque sitiendo biberent. Hęc enim esse aiebat, que ventribus, capitibus, atque animis noceant. Xenophon, de dictis & factis Socratis. Stob. ser. 15.

Biantis.

Bias Prieneus beatum quidem cū esse dicebat, qui & diues esset, & cupitis potiretur. Sed eum qui nihil concupisceret, lōgē beatiorē fore. Maximus ser. 3. de Castitate.

Aristidis.

Aristides Milesius philosophus, quū Græcis tributa indixisset, tātō paupērior rediit, quantū absumperat in peregrinatio-ne. Atqui in tali genere functionis solent alij mellem opimamē metere. Eò magis ille cauit, ne quid suspicionis eiusmodi conflaret sibi, proinde suis impendiis rē geslit. Pat. in Græc. apoph.

Eiusdem.

Quum Themistocles irrideret Aristidis consilium, hoc agētis vt census esset in tuto, dicens eam laudē non esse viri, sed scri-nij tuto seruātis aurum: deinde summam boni ducis laudē definiret, scire ac præscire hostium cōfilia: Et istuc, inquit, & Themistocles faciendum est: sed in primis oportet habere manus abstinentes, atque hęc egregij ducis præcipua laus est. Hoc

Nonnulla notata dignissima.

Dionysij.

Optandum potius bonam mentem quam quæ ad hominis felicitatem conserunt. fo. 69

Dionysij.

Admiranda amicitiae exemplum. fo. 53

Antisthenis.

Qualem vxorem ducere oporteat. fo. 170

Timonis.

Improbissimi amoris causa. fo. 208

Lycurgi.

Ciuitas quid sit. fo. 224

Demosthenis.

Mulier vita seruata, ganeonum conspiratio clusa.

Sigismundi imp.

Germani plurimum tribuunt nobilitati. fo. 268

Tristipps.

Multi plus sumptus curandis equis, quam filiis crudiendis impendunt. fo. 301

Socratis.

Bona fama quomodo paranda. fo. 331

Fabrichij.

Admiranda fides erga hostem. fo. 339

Diogenis.

Hominis nomen more brutorum viuentibus non tribendum. fo. 426

Fab. Maximi.

Authoritas non spernenda. fo. 625

Alexandri Seueri.

Imperatoris in coercendis militibus exemplum verè Christianum. fo. 673

Alphonsi.

Mors bene morientibus est vita. fo. 709

Augusti.

Dictio, præsens, ad tria tempora refertur. fo. 738

Socratis.

Philosophia morum magistra. fo. 827

Plura notare per otium non licuit.

GENERO SÆ IN DOLIS
AC ANTIQVISSIMA NOBILI-
tate claris adolescentibus, IOANNI CONRA-
DO, atque IOANNI VVOLFGANGO, ab A-
DUUIL, fratribus, IOANNIS ALBERTI viri cla-
rissimi filiis, CONRADVS LYCOSTHENES
Rubeaquensis S.



Vv m ante biennium Apophthegmatum
 meorum locos communes ederem, Adolescentes nobilissimi, statueram, si studium
 meū à doctis probaretur, eadem statim ra-
 tione ex Patribus orthodoxis, ac ethnicis
 authoribus probatis, collectas similitudines
 subiicere. At cum ipsa rerū tractatio, immēsi laboris difficul-
 tas atq; afflictæ etiā valetudinis mea rationes obstarēt: in a-
 liud usque tēpus differre, quām rudē indigestāmque mole ob-
 trudere studiofis malui. Præmittere autē Erasmi nostri Rote-
 rodami, Germaniae phænicis, Christianæ pietatis atque poli-
 tioris literaturæ vindicis constantissimi, ex Aristotele, Theo-
 phrasto, Plutarcho, Plinio & Seneca, Parabolæ à me in locos
 communes redactas, modo placuit. Quod libellum alijs ob
 immensam utilitatem, iam multis annis in Scholis quasi ar-
 tritum, ob nouum & ad usum maiorem accommodatum or-
 dinem, magis gratum futurum sperarem. Idem autem in eo-
 dem libello ante annos viginti, non infeliciter sane præstítit
 Georgius Maior, vir de humanioribus literis, & Ecclesia
 Christi in primis benemeritus. Verum cùm is neglectis aliis,
 ea duntaxat ob peculiarem quandam eruditionem edidisset,
 qua Erasmus, additis tantum collationibus suis, ex philoso-
 phia potissimum penetralibus deprompsit: ego, qui omnes

PARABOLÆ SI- VE SIMILITUDINES

DES. ERASMI ROTERO-

*dami in loco communes stu-
diorum gratia
redactæ.*

A

Abdicatio.



T insaniat, qui fratri imaginē veneretur, cor
pus pulset ac verberet: Ita stultū sit amare in
adoptiuis nomen, verum fratrem abdicare,
aut odiſſe. Plut.

Abſtinentia.

Vt qui ſacrum exhibent, ipſi nihil inde gu-
ſtant: Ita quidam alios accipiunt, ipſi abſti-
nentes. Plut.

Abuſus rerum pernicioſus.

Prometheus, Satyrum cum primum videns ignem velle am-
plecti, admonuit eum exurere contingentem, at oculis prebe-
re lumen, Calefacit inquiens, & ſerui artibus: Sic eadem res, vt-
cunque uteris, ita pernicioſa eſt, aut utilis. Plut.

Si multi inebriantur vino, non ob id incidēdæ vites, ita ut fe-
cit Lycurgus, ſed potius admouendi fontes: ita fi multi abu-
tantur poētica, non protinus abiicienda, ſed adhibenda cautio,
ut fiat ſalutaris. Plut.

Vt in rerum natura quæ ſpectatiffimæ florēt, celerrimè mar-
ceſcūt, veluti roſe, lilia, violæ, cùm alia durēt. Ita in hominū vi-
ta quæ florētiffima ſunt, citiſſimè vertūtūr in diuersum. Plinius
lib. 9. cap. 15.

Polypus ſtupidum alioqui animal, in captādis cunctis incre-
dibili uirtutis ſolertia. Ita quidam ad ſolum quæſtum ſuum ſa-
piunt, alibi pecudes meræ. Plin. lib. 9. ca. 19.

Vina uafis infusa è taxo factis, mortifera ſunt: Ita ſalutaris alio-
quin eruditio, fi inciderit in hominem pefileat, moribus il-
lius redditur noxia. Plin. lib. 16. ca. 11.